

Universitätsbibliothek Paderborn

**Spes & Fiducia, Cvrvis Ivdiciisqve Dei, Erga Homines In Hac
Vita Existentes, Firmata**

Stengel, Georg

[S.I.], 1645

Reverendissimo Et Illvstrissimo S. R. I. Principi, Ac Domino Domino
Marqvardo Eystettensis Ecclesiæ Episcopo, Pricipi Et Domino Meo
Clementissimo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49823](#)

REVERENDISSIMO ET
ILLVSTRISSIMO S. R. I. PRIN-
CIPI, AC DOMINO
DOMINO

MARQVARDO
EYSTETTENSIS EC-
CLESIAE EPISCOPO, PRIN-
CIPI ET DOMINO MEO
CLEMENTISSIMO.

Dicitur Ostquam à libris meis , du-
dum inchoatis, exulare desij,
& ad interiores ac reconditas
illas litteras postliminiò redi-
ui ; prima mihi cura fuit , à
DEO principium ducere, & ,
quæ de diuersis illius Iudicijs elucubraue-
ram, in apricum proferre. Dehinc proxima
cogitatio erat, cui primam argumēti huius
tractationem dedicando, optimis omini-
bus, inciperem? Nec fuit diu deliberandū.
Occurrit enim menti illico R.^{ma} & Ill.^{ma}
C E L S I T V D O V E S T R A. Cuius consilij cau-
fas delibare mihi licet, non numerare. Pri-
mùm, quid longè excurrerem, ad Patro-

)o(2 num

E P I S T O L A

num quærēdum, quem in vicinia poteram
inuenire, & habebam antè, quām quare-
rem & Deinde cuiusnam Principis patro-
cinium in melioris speci omen accepisse,
quām illius, cuius antiquissimæ familiæ no-
men ipsum optatissimum est, & bene omi-
natum? Accedit pristina obligatio. Nam
An. 1626. cùm CELS.^{do} V.^{ra} adhuc, hīc In-
golstadij, in studijs litterarum versaretur,
eas scientijs virtutes conjunxit, vt nominis
fama cum vitâ certaret. Et, me qui ~~z~~em ju-
dice, victa est fama, quia virtute minor fuit.
Quanquam enī, ob eam nominis existi-
mationem, vniuersa hæc Academica Con-
gregatio nostra CELS.^{nem} V.^{ram} ceteris
omnibus Sodalibus anteposuit, & quē vi-
dit moribus, eundem etiā voluit Præfectu-
rā eminere; nondum tamen honor merita
æquauerat: nec indoli par dignitas illa
fuit, sed quoddam vaticinium duntaxat fu-
turæ dignitatis. Siquidem magna Christi
Mater, in omen, iam tūc voluit proludere,
dum CELS.^{nem} V.^{ram} voluit Cœtui suo præ-
esse, quam sciebat, à Filio suo, maioribus
annis,

DEDICATORIA.

annis, Eystettensi Ecclesiæ præficiendam.
In ea igitur Marianâ Præfecturâ, cùm ita
cunctos exemplo, consilio, disciplinâ re-
geret, vt mallingent tali Præfecto subesse,
quàm esse sui juris; dici non potest, quo
dolore, Sodales, & die 13. Septemb. in
Concilio audiuerint CELS.^{nem} V.^{ram} vale-
dicentem, & postea 20. eiusdem mensis,
viderint hinc Romam discedētem. Quod
non memoro ex Annalibus tantummodo
haustum, sed oculis etiam meis usurpatum.
Quippe ego tunc & presens, & Praeses eram;
indignus quidem, sed nullo vñquam tem-
pore opportuniùs; quo scilicet id, quod
Præsidis industriæ deerat, Præfecti excel-
lentia compensaret. Doluimus ergo tunc,
& quòd tanti sideris præsentia carere, &
quòd, ob abruptum, ante finem magistra-
tūs, discessum, Ducem tam præclarum, si-
ne peculiari honore, & gratiarum actione,
dimittere oporteret. Hinc pristinum illud,
quod dixi, vinculum. Nemo arctius ob-
stringitur, quàm qui beneficijs obligatur.

Sed venio ad longè maiora. Neq; enim

JO(3 Sodali-

E P I S T O L A

Sodalitas tantum, sed tota etiam Societas nostra, Reuer.^{mæ} & Ill.^{mæ} CELS.ⁿⁱ V.^{ra} debet; sub qua Collegium nostrum Eystadianum, velut è naufragio, tabulas colligit; sub qua Gymnasium instauratur; sub qua templum resumit dignitatem. Ita nempe pietati, scientijs, religioni Superi prospexere, vt in CELS.^{ne} V.^{ra} Scholæ & Musæ Apollinem & Mecœnatem, templa & claustra Willibaldum & Wunibaldum nanciscerentur. Hæc est prouidentia Numinis, vt sicut tēpora dispensat, ita & temporibus idoneos assignet Principes. *Bella, horrida bella*; bella fortis lacertos exigentia Germaniam iam diu vrgent; heroum humeris opus erat, & non uno Atlante, qui tantum onus sustinerent. Hæc bella, sub Antecessore CELS.^{nis} V.^{ra} cæperunt, cui tanta animi generositas fuit, vt cladem, fortiter pati posset. Gaudent nunc pijssimi illius Manes, eum sibi datum successorem, qui ad easdem laudes, ijsdem vestigijs, non ambulat, sed volat; nec clades tantum tolerare potest, sed & leuare, atque ea, quæ flam-

DEDICATORIA.

flammis in cineres redacta sunt , denuo
fuscitare. Quod arx, quod vrbs Willibal-
dina , quod populus quoque Eychstadia-
nus , quod tota diœcesis testatur , quod
fama vbique prædicat. Nam & foris in au-
res incurrit, quod domi oculi intuentur.
Certè cùm nihil difficilius sit , quàm re-
gere, quando omnia turbantur ; nec quid-
quam laudabilius, quàm in medijs tumul-
tuum fluctibus animum tranquillum te-
nere ; vidi ego , & viderunt mecum alij ,
eo tempore , quo in summo discrimine
cardo rei vertebatur , mentem illam ex-
celsam , & inconcussum Cels. ^{nis} V. ^{ix} pe-
ctus , quod nos exemplo suo docebat ,
non damna, sed caussas bellorum esse de-
plorandas .

Qui inter syrtes ac tempestates tam
peritè nauigat, quid faciet in placido mari?
præsertim is , qui Principem non imita-
tur , sed exprimit ? qui ipsam virtutem
ornat , qui facit eam in summo fastigio
magis conspicuam ? qui rebus serijs ita
mentem affigit, vt scientias stilo , ingeniu

)o(4 confi-

EPIST. DEDICAT.

consilijs , prudentiam operibus , vigilan-
tiam curis, autoritatem mandatis passim
exerat? Huius ego manus non exosculer,
quas cælo sublatas Diui æstimant, in elec-
mosynam extentas turba egentium, cum
multa laude , prehensat? Compendio di-
cam , illi Principi hunc Prodromum meū
dedico consecrōque , cuius facta merue-
runt, vt non saxis tantūm , aut ædificijs,
sed etiam libris inscriberentur. Bonus
DEVS CELS.^{nem} V.^{ram} nobis, & toti Eccle-
siæ suæ diu seruet in columem. Ingolstadij.
Anno Seruatoris 1645. Cal. Ian.

R.^{mæ} & Ill.^{mæ} CELS.^{nis} V.^{ræ.}

infimus seruus

GEORGIVS STENGELIVS
Soc. IESV.

PRÆ-